



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum
Libri quinque**

Coster, Franciscus

Antverpiæ, 1587

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

INSTITUTIONVM LIB. II. 159
Christi Iesu. hoc est, ut per hæc tria accipiant
veram cordis consolationem: 1, Per veram
charitatem, quia inter se connectantur. Sicut
enim inuidia tristitiam: ita charitas gau-
dium adfert: 2, Per certissimam fidem & per-
suasionem intellectus, quod homo a Deo re-
gatur, & Deus omnia rectè ex summa dilec-
tione moderetur: 3, Per frequentem consi-
derationem & meditationem beneficiorum
Dei, & mysterij Christi, ac virtutum exteritiae, ad
quam per Christum habemus ius, & accepi-
mus arram.

CHRISTIANARVM

INSTITUTIONVM

L I B E R I I I .

P R A E F A T I O .

Allomia peccata declinanda, virtutesq. co-
plectendas, nihil tantum adfert vim & momen-
tū, atq. rerum nouissimaru consideratio: que-
cum ad uniuersos homines pertineat, & magnitudi-
ne sua atq. atrocitate metum vehementem incutiāt,
mollire solent duritiam animorum nostrorum, & pe-
tulantiam refrēnare, idoneosq; nos efficere ad audiendam,
capessendamq. veritatem. Quocirca secutus ex-
emplum Christi, & Beati Ioannis Baptiste, qui ab ho-
minis nouissimiis auspiciis sunt prædicationem suam; Matth. 4.
Matth. 3.



Act. 24.

& Beati Pauli, qui Felicem presidem memoria mortis
futurique Iudicij tremefecit: existimauit rem utili-
tem & studiose iuuentuti, istius sodalitatis imprimis
salutarem facturum, si de his nouissimis, tanquam ge-
neralibus vitiorum remedii & medicamentis, non
nulla differerem, ut memorantes nouissima nostra, in
eternum non peccemus. Horum siquidem considera-
tione, & peccata facile vitantur, & mala omnia at-
que incommoda vita huius, equiori animo feruntur.

Eccles. 7.

CAPUT I.

CVR PAVCI MORTEM CAB-
TERAQUE NOUISSIMA HOMINIS METUANT.



V M nemo sit Christianorū, qui
nō firmissima fide credat, & mor-
tem ipsam imminere, & terribilis-
sima horrendaque post mortē in-
stare: attentè considerāda est cau-
sa, quare vel nulli, vel pauci, metuant mortem,
& ea quæ mortē sequuntur: & primò quidem
sunt nonnulli, qui ita securi omni flagitorū
generi se dedunt, atq. si neq. supplicia post hāc
vitam vlla improbis constituta crederent, neq.
Deū esse, qui iustè sit iudicaturus. Vix enim
fieri potest, vt in sceleribus viuat securius ho-
mo Ethnicus, qui nihil vñquā audiuit de-
bus futuris, quam homines pleriq. Christiani,
qui dicunt se credere, poenas acerbissimas ac
sempiternas peccatis propositas. Alij in rebus
humanis prudentes, toti in terrenas curas el-
fusi, prudentiam suam ad futura non exten-
dunt;